

De Augmēnto monēt.

77

uatum, pr̄sertim quando moneta, quæ reproba-
tur est alterius Principis, licet opinio Marantæ
maximam sapiat æquitatem qua attenta dicerem,
esse faciendam remissionem mercedis contra eū-
dem Marantam, quando maximum dānum
sentiret debitor, quod prudentis iudicis arbitrio
relinquerem, quicquid etiam scribat Bertachin.
de Gabell. 2. par. q. 2 5. nisi eadē Gabella à Principe
pueniret, cui⁹ culpa mutatio monetæ fieret quo ca-
ſu nō teneret debitor soluere, nisi de illa moneta.

Secundus casus est, quando moneta non est in
totum reprobata, sed per edictum fuit + reducta
ad certum valorem, prout factum fuit de anno
1587. 23. Iunij, & Romanorum temporibus pri-
mo bello punico mutatum fuisse nummi valorē
tradit Plin. lib. 33 c. 3. & tunç licet optimi Prin-
cipes ex prudenti consiliariorum voto soleant
prouidere casibus contingentibus, prout factum
fuit tempore illius editi, Et Romanos apud Sa-
lustium fecisse legimus, si tamen queras quid
de iure dicendum sit. Reperies Bald. hanc quæ-
ſtionem tractantem in l. Acceptam. quest. 17. C. de
vſur. & dicit monetam recipi debere iuxta valorē
currentem tempore solutionis, sed si mutatio fuit
repentina, & creditor illam p̄fsciuit tunç con-
ſulendum est debitori, aut mutata fuit ex interual
lo, & debitor expendit, & in suos vſus conuertit,

vcl